



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

53. Cotta & Sulpitius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Cotta & Sulpitius.

CAPVT LIIII.

Inueniebat acutè Cotta, dicebat purè, ac solutè, & vt ad infirmitatem laterum perfectè contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem dicèdi accommodabat genus, nihil erat in eius oratione nisi syncerū, nihil nisi siccum, arque sanum, illudq; maximum, quod cum cōtentione orationis flectere animos iudicum vix posset, nec omninò eo genere diceret, tractando tamen impellebat, vt idem faceret à se commoti, quod à Sulpitio concitari.

Fuit enim Sulpitius, vel maximè omnium, quos quidem ego audierim, grandis, & vt ita dicam, tragicus orator: vox cum magna, tum suavis, & splendida; gestus, & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. Incitata, & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Crassum volebat hic imitari, Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis abeat Antonij, Crassi ab illo lepos.

N. N.

a Tragicæ vastitas lepore, & urbanitate temperanda. Non bene audiunt oratores tragici, & ea foris de causa ἀσκήνην τραγικὸν ὁμιλεῖν Demosthenes appellat. ὁ δὲ μακρὸν τὸν ὑπόκειν ἀτυχῶντα, ἢ μὴ μόνον μὲν ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπορίας ἢ τὰς ἀπορίας. Harpocration.

Hortensius.

CAPVT LIIII.

Hortensij ingenium, vt a Phidiaz signum simul aspectum, & probatum est. Nam cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi ceptus est: b quamquam incidèrat in Cottæ, & Sulpitij orationem, qui annis decem maiores, excellentem Crasso, & Antonio, deinde Philippo, post Iulio, cum ijs ipsis dicendi gloria comparabatur. Primum memoria tanta, quantum in vllò cognouisse me arbitror, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus excogitauisset. Hoc adiumento ille tanto sic utebatur, vt sua commentata, & scripta, & nullo referente, omnia aduersariorum dicta, meminisset. Ardebat autem cupiditate sic, vt in nullo vnquam

flagrantius studium viderim. Nullum enim pariebatū esse diem, quia aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum, sæpissimè autem eodem die vtrumque faciebat. Attuleratque minimè vulgare genus dicendi: duas quidem res, quas nemo alius, partitiones, quibus de rebus dicturus esset, & collectiones; memor, & quæ essent dicta contrà, quæque ipse dixisset. Erat in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosior: eaque erat cū summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus. Rem complectebatur memoriter, diuidebat acutè: nec pratermittebat ferè quicquam quod esset in causa, aut ad confirmandum, aut ad refellendum. Vox canora, & suavis; motus, & gestus etiam plus artis habebat, quàm erat Oratoris latis.

N. N.

a Apparet in oratore fuisse magna ingenij viam, & felicitas, quæ sanctiori cultura caruit. Melius dicebat, quam scripsit, & eius scripta, vt ait Quintilianus, intra famam sunt; placebat aliquid eo dicente, quod legentes non inueniebant Fab. l. 11. Memoria verò fuit adeò felici, vt cum in auctione persideret diem totum, & omnes res, & pretia, & emptores ordine suo argentarijs recognoscentibus, ita vt nullo falleretur, recenseret. Senec. Controvers. l. 1.

b Plus impendebat corpori quam dictioni. Nescires vtrum cupidius ad audiendum eum, an ad spectandum concurreretur Val. lib. 8. c. 10. de quo multa Gell. nocturnum Attic. l. 1. Collega de iniurijs diem dixit, quod sibi in angustijs obuius ostensu fortuito structuram toga destruxerat, & capitale putauit, quod humero suo locum ruga mutasset. Itaque iam Dionysia saleatricula appellabatur, quod malebat audire. quam ἄμωσθ, & ἀργολιαν. Vide Macrob. Satur. l. 3. c. 13.

Marcus Crassus Iunior.

CAPVT LV.

Is mediocriter à doctrina instructus, augustinus etiam à natura, labore, & industria, & quo ad adhibebat ad obrinendas causas curam etiam, & gratiam principibus & patronis aliquorannis fuit. In huius oratione sermo latinus erat, verba non abiecta, res compositæ diligenter, nullus flos tamen, neque lumen vllū: animi magna, vocis parua contentio, omnia ferè vt similiter, atque vno modo dicerentur.

D 3

N. N.